

quondam patriarchae Alexandrino florenos de camera 10, de residuo vero dilationem habuit per totum mensem octobris proximum. C 189^v.

1435.07.07. Andreas et Marcus de Francis decretorum doctor praepositus Jannensis vicesegretarius Mathei episcopi Albiganensis ratione legacionis in regno Franciae absentis constituerunt, quod, causa quae-
rimoniae inter Jacobinum de Rubeis praepositum Wratislaviensem et Nicolaum Gramis canonicum Wratislaviensem collectores in regno Poloniae et ducatu Slesiae, ad lesionem honoris et status sanctae sedis apostolicae contribuendo, cum predictus Jacobus de Rubeis de sententiis absolutus dispensatusque sit et omnem pecuniam in futurum collectam conservet, tum praedictum Nicolaum Gramis ab officio dictae collectoriae, sub bulla sacri concilii concessa, revocant. Cuius sententia testes sunt Nicolaus de Grameis et Petrus Ponterius. C 33^v–35^r.

* 1435.07.16. Ludovicus de Bitis thesaurarius dictae ecclesiae Argentinensis propter annatam dictae thesaurariae eiusdem ecclesiae Argentinensis obligatus in 60 florenis Renensibus concordavit de summa 27 florenorum Renensium et persolvit istam summam per manus discreti viri [...] Galleazo Borromei depositario camerae dictae sanctae synodii, de quo absoluto quittavit Andreas. C 38^v–39^r, 188^r.

Lit.: RG IV, Sp. 2660 f. Nr. 14382; RG V, S. 1103 Nr. 6401.

* 1435.08.11. Hermannus Dusberg canonicus ecclesiae Spirensis propter annatam et praebendam dictae ecclesiae Spirensis concordavit de summa 10 florenorum Renensium et persolvit realiter et cum effectum, quorum 7 cum dimidio nobili viro Galleazo de Borromeis depositario dictae camerae apostolicae et alios 2 cum dimidio nobili viro Petro de Quarensi de Verona depositario dictae camerae sancti synodi, de quo absoluto quittaverunt Andreas et Marcus. C 39^r–39^v, 188^r.

Lit.: RG IV, Sp. 1384–1386 Nr. 5438; Gerhard FOUQUET, Das Speyerer Domkapitel im späten Mittelalter (ca. 1350–1540). Adlige Freundschaft, fürstliche Patronage und päpstliche Klientel, 2 Bde. (Quellen und Abhandlungen zur mittelhochdeutschen Kirchengeschichte 57, 1987) Bd. 2 S. 447–449.

* 1435.08.30. Johannes Frauenberg (Fraudenberg, Fralbemberg) canonicus ecclesiae Spirensis propter annatam obligatus in 30 florenis de camera persolvit 12 florenos de camera pro totali et finali solutione realiter et cum effectum, de quo absoluto quittavit Andreas et Marcus. C 35^v–36^r, 188^r.

Lit.: RG IV, Sp. 1904 f. Nr. 7435; FOUQUET, Domkapitel (wie oben) S. 511 f.